

PREFACE: Preface of the Most Holy Trinity

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus. Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae, sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

It truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; Who, together with Thine only-begotten Son, and the Holy Ghost, art one God, one Lord: not in the oneness of a single Person, but in the Trinity of one substance. For what we believe by Thy revelation of Thy glory, the same do we believe of Thy Son, the same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, distinction in persons, unity in essence, and equality in majesty may be adored. Which the Angels and Archangels, the Cherubim also and Seraphim do praise: who cease not daily to cry out, with one voice saying:

COMMUNION: Ps. 16.6


Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus: inclina aurem tuam et exaudi verba mea.

I have cried, for Thou, O God, hast heard me: O incline Thy ear unto me, and hear my words.

POSTCOMMUNION

Sumpsimus, Domine, sacri dona mysterii, humiliter deprecantes: ut quae in tui commemoracionem nos facere praecipisti, in nostrae proficiant infirmitatis auxilium: Qui vivis.

We have received, O Lord, the gifts of Thy sacred mysteries; and most humbly pray, that what Thou hast commanded us to do in memory of Thee, may be a help in our weakness. Who livest.



22nd Sunday After Pentecost

Green

II Class

INTROIT: PS. 129:3-4

SI iniquitates observaveris Domine, Domine, quis sustinebit? quia apud te propitiatio est, Deus Israel. Ps. 129. 1-2. De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. *V.* Gloria Patri.

IF Thou shalt observe iniquities, O Lord, Lord, who shall endure it? for with Thee is propitiation, O God of Israel. Ps. From the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my voice. *V.* Glory be to the Father.

COLLECT

Deus, refugium nostrum et virtus: adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta: ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum.

O God, our refuge and strength, who art the author of all godliness; hear, we pray Thee, the devout prayers of Thy Church, and grant that what we ask confidently we may obtain effectually. Through our Lord.

EPISTLE: Eph. 6:10-17

Fratres: Confortámini in Dómino, et in poténtia virtútis ejus. Indúite vas armatúram Dei, ut possitis stare advérsus insídias diaboli. Quóniam non est nobis colluctátio advérsus carnem et sánguinem: sed advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequítiae, in caeléstibus. Proptérea accípite armatúram Dei, ut possitis resistere in die malo, et in ómnibus perfécti stare. State ergo succínti lumbos vestros in veritáte, et indúti lorícam justítiæ, et calceáti pedes in præparatióne Evangéiii pacis: in omnibus summéntes scutum fidei, in quo possitis ómnia tela nequíssimi ignea exstíngere: et gáleam salútis assúmite: et gládium spiritus, quod est verbum Dei.

Brethren, Be strengthened in the Lord, and in the might of His power. Put you on the armor of God, that you may be able to stand against the deceits of the devil. For our wrestling is not against flesh and blood, but against principalities and powers, against the rulers of the world of this darkness, against the spirits of wickedness in the high places. Therefore take unto you the armor of God, that you may be able to resist in the evil day, and to stand in all things perfect. Stand therefore having your loins girt about with truth, and having on the breastplate of justice, and your feet shod with the preparation of the gospel of peace in all things taking the shield of faith, wherewith you may be able to extinguish all the fiery darts of the most wicked one. And take unto you the helmet of salvation, and the sword of the Spirit, which is the word of God.

GRADUAL: Ps. 132:1-2

Ecce quam bonum et quam jucúndum habitáre fratres in unum! *Ÿ*. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

Behold how good and how pleasant it is for brethren to dwell together in unity. *Ÿ*. It is like the precious ointment on the head, than ran down upon the beard, the beard of Aaron.

ALLELUIA: Ps. 113:11

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Qui ti-ment Dóminum sperent in eo: adjútor et protéctor eórum est. Allelúia.

Alleluia, alleluia. *Ÿ*. They that fear the Lord, let them hope in Him; He is their helper and protector. Alleluia.

GOSPEL: Mt. 18:23-35

In illo tempore: Abeúntes pharisæi consílium iniérunt ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicétes: Magíster, scimus quia ver-ax es et viam Dei in veritáte doces, et non est tibi cura de áliquo: non enim réspicis persónam hóminum: dic ergo nobis quid tibi vidétur, licet censum dare Cæsari, an non? Cógnota autem Jesus nequítia eórum, ait: Quid me tentátis, hypócritæ? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus: Cujus est imágo hæc et superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Red-dite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo.

At that time, the Pharisees went and consulted among themselves, how to ensnare Jesus in His speech. And they send to Him their disciples, with the Herodians, saying: Master, we know that Thou art a true speaker, and teachest the way of God in truth, neither carest Thou for any man, for Thou dost not regard the person of the men. Tell us therefore, what dost Thou think? It is lawful to give tribute to Caesar, or not? But Jesus knowing their wickedness, said: Why do you tempt Me, ye hypocrites? Show me the coin of the tribute. And they offered Him a penny. And Jesus saith to them: Whose image and superscription is this? They say to Him: Caesar's. Then He saith to them: Render therefore to Caesar the things that are Caesar's; and to God the things that are God's.

OFFERTORY: ESTH. 14. 12, 13

Recordáre mei, Dómine, om-ni potentátui dóminans: et da sermónem rectum in os me-um, ut pláceant verba mea in conspéctu príncipis.

Remember me, O Lord, Thou who rulest above all power; and give a well-ordered speech in my mouth, that my words may be pleasing in the sight of the prince.

SECRET

Da, miséricors Deus: Ut hæc salutáris oblátio et a própriis nos reátibus indesinéter expédíat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum.

Grant us, O merciful God, that this saving oblation may unceasingly cleanse us from our faults and keep us from all harm. Through our Lord.